





14
408
PRIVATIO
FALCIDIAE,

22
1662, 11.
QVAM

Thesium inauguralium loco
DEO PRAESIDE

EX PERMISSU ET AUTORITATE
MAGNIFICI, AMPLISSIMI,
CONSULTISSIMI JURISCONSULTORUM
COLLEGII IN INCLUTA ARGENTO-
RATENSIIUM UNIVERSITATE

*Pro summis in utroque Jure Honoribus
ac Privilegiis*

DOCTORALIBUS

rite consequendis

Solenni Eruditorum Examini

assistit

JOHANNES CONRADUS Kästl
Lindav.

Ad d. 29 Decembr. Anno M. DC. LXII.

Horis locoque solitis.

ARGENTORATI,

Literis GEORGII ANDREÆ DOLHOPFII.

155

PRIVATUM

DE

RE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE





Q. F. F. Q. S.

Præloquium.



Egislatores ultimas morientium voluntates, quia jam amplius velle non possunt, non tantum liberas, *l. i. c. ss. Eccl. legibus tamen conformes l. 55. ff. de leg. i. N. i. c. i. pr.* verum etiam pro lege servandas voluerunt, *c. ultima. c. 13. q. 2. l. 10. C. de Test. junct. l. 7. C. de Precib. Imp. off.* addatur omnino *N. i. c. i. §. 4. pr. & fin.* Utrumque jam olim LL. XII. tabb. complexæ sunt *in l. 120. ff. de V. S.* Ipso Justiniano *d. l.* sic explicante *pr. I. de L. Falcid.* sed ut nihil vel prudentissimè constitutum ab injuriis abutentium immune relinquatur, sic & hæc testandi libertas, in legatis præsertim relinquendis, testatorum abusu violata est; sed non impunè, cum herede, (quem ob nullum vel minimum lucrum aliena gratia oneribus non necessariis, iisque sæpè maximis jussu legis iniquum erat, implicari) hereditatem legatis exinanitam repudiante, planè intestati morerentur. Quod cum contra ipsorum voluntatem, cui tamen servandæ LL. tantopere studebant, accideret, insuper ex usu Reip. putaretur supremas hominum voluntates exitum habere, *l. 5. ff. Testam. quemadm. aper.* ista legandi libertas pacto (quod olim intervenisse verisimile est, *arg. §. 2. I. de L. Falc.*) forsan

A 2

non

non sufficiente, Legibus coërceri coëpit; Primo quidem Furia, postmodum Voconia, sed cum utraque de singulis tantum legis lata, non difficulter dolo vel imprudentiâ eluderetur, felicius tandem huic incommodo prospexit Falcidius Trib. Pl. Lege Falcidia, (sic enim Plebiscita post L. Hortensiam commodè appellamus, *arg. §. 4. l. de I. N. G. DC.*) *d. 2. c. quadam. Dio. in August. Strauch. dissert. 10. n. 12.* quæ quasi proœmio quodam heredem ad hereditatem legatis exhaustam adeundam allectura, & onera hereditatis, *arg. l. 6. ff. de Minor.* aliquantulum allevatura, ultra dodrantem legari prohibuit, quadrante apud heredem manente. Quam legem, concessa ex Decreto **AMPLISSIMI JCTOR. ORDINIS** in hac alma Argentoratensium Universitate disputandi licentia, elaborare animus erat; sed cum præter multum laborem etiam plurimum temporis requirere videretur, placuit tandem ex dissentaneis **VERAS FALCIDIÆ EXCEPTIONES**, loco disputationis inauguralis proponere; præmissis tantum, quas non omitti plurimum intererat, duabus homonymiis. *Quod ut feliciter cedat, DEVM T. O. M. in vota devotè vocamus.*

THESIS I.

Varta Falcidia propriè & ex prima legislatoris intentione, ea dicitur, quæ de legatis testamento relictis, *l. 1. §. 2. ff. h. dodrantē hereditatis excedentibus; tetinetur pr. l. h. l. 1. f. eod. §. 5. Fideic. hered.* sed quemadmodum hic obex semel inventus, & aliis objici coëpit; ita & ipsum Falcidiæ nomen.

nomen latius postmodum acceptum, variis detractio-
 nibus adaptatum fuit, ut legitima ex testamento l. 8. §. 9.
 II. 14. ff. de inoff. test. l. 31. C. eod. & ab intestato debita, l. 18.
 §. 1. l. 25. ff. si quis omiss. caus. Donationibus mortis causa. l. 1.
 §. 5. ff. Quod legat. l. 66. ff. h. l. pen. l. de don. mort. caus. vi-
 desis Amplissimum Jctum *Dn. D. Johannem
 Rebhan*, Patronum atque Praeceptorem per vitam
 venerandum, in hodeg. 2. 2. 4. 8. Donationib. inter vir. &
 ux. l. 32. §. 1. ff. de don. inter vir. & ux. Mortis causa capionibus
 sed per exceptionem, l. pen. C. h. Denique etiam Trebel-
 lianica §. 3. I. quib. mod. test. inf. l. 47. §. 1. h. d. pass. in qua
 generali significatione (exclusa tamen legitima, &
 terminis insuper, quos sanum cuiusque iudicium faci-
 le suppedabit habilibus ubique praesuppositis) & nos
 in posterum accipiemus.

II.

Cessare Falcidia (cum plerisque synonymis)
 dicitur vel *verè*, & quidem vel *Negativè*, eo casu, qui
 sub regula nunquam comprehensus fuit, ut I. Treutl. 2.
 14. 10. G. & Gloss. in l. 16. C. h. in hereditate, aere alieno,
 exhausta. Huc refer II. Collegium Argentoratense, h. th. 7.
 N. 4. cum pauperes heredes instituuntur ex l. 49. C. de E-
 pisc. & Cler. idem forsan est, quod repetitur th. 9. N. 6.
 jung. Bachov. ad Treutl. 2. 14. 5. F. III. N. 7. ex l. 11. vers. de-
 nig. verb. Ipsi verò. ff. leg. 1. IV. N. 10. Dotem sed veram,
 l. 81. §. 1. ff. ad L. Falcid. (cum aliàs L. Falcidiaè facile fraus
 fieret, d. l. junct. §. 15. vers. Sed si. I. de leg.) & in sensu com-
 posito, (vid. Bachov. ad Treutl. 2. 14. 5. k.) l. 25. vers. Contra
 autem. ff. de liber. leg. §. 15. pr. I. de leg. Sed quid si tertius
 A. 3. intercedat?

intercedat? *l. 1. §. 12. ff. de dot. præl. & d. l. 57. ff. h. sibi con-*
tradocere videntur: Gloss. d. l. 57. distinguit. inter finem
& medios circuitus, Pacius ex l. un. §. 7. vers. exact. C. de
Rei V. A. inter res mobiles & immobiles. ^{Evart. 6. 33.}
C. A. inter rigorem juris & æquitatem, ib. 6. n. 15. Sed I.
Diversitas effectuum vix admittit; apparet autem diver-
sitas quoad uxorem, non dicam veteri, sed vel novissi-
mo Jure, ex l. 18. ff. soluto matrimonio, quoad heredem
l. 8. ff. h, 2. Ratio d. l. 57. quæ non minus pro immobili-
bus pugnare videtur, 3. confirmare videtur, l. 15. ff. de reb.
credit. junct. Vinn. quest. 1. 4. sed plerunque leges æqui-
tatem exprimere solent. Aliam affert distinctionem,
Glossa in d. l. 1. §. 2, Dotis æstimatæ & non æstimatæ;
fortè melius inter dotem ipsam, & ipsius æstimationem.
An verò in d. l. 57. unum heredem, vel dotem in genere,
in l. 1. §. 12. nominatim ab uno coheredum relictam
conjicere licet? sed pergitur. V. N. 11. Debitum iti-
dem verum, & in sensu composito, l. 28. §. 1. ff. de leg. 1.
l. 1. §. 10. ff. h. l. 7. §. 2. ff. de leg. 3. junct. l. 5. pr. h. non ob-
stat §. 1. d. l. 5. Resp. Wissenbac. ad w. 2. disputat. 8. 16.
sed malim dicere, Papinianum magis quorundam ob-
jectiones ad verba pr. non necessario & c. de validitate
legati debiti conditionalis vel in diem præoccupasse,
arg. d. §. 1. fin. quam de Falcidia (utpote in pr. satis ex-
posita) quicquam respondisse. adde casum l. 67. §. 1.
ff. de leg. 3. d. n. 11. VI. N. 13. cum non ultra dodrantem
relictum est, ex pr. I. h. l. 1. pr. l. 74. & passim. ff. eod. VII.
N. 22. ex l. 27. l. 42. §. 1. ff. de mort. caus. don. VIII. N. 23. ex
l. 77. §. 6. ff. de leg. 2. IX. N. 34. ex l. 30. §. 5. pr. h. X. thes. 9.
N. 3. ex l. 93. ff. h. XI. huc refer, institutum in re certa
eamque restituere gravatum, Treutl. 2. 14. 10. k. junct.

Bachov.

477

5.

Bach. ibid. sed vix est, ut hæc sententia defendi possit; cum non simpliciter legatarii loco habeatur, *arg. ipsius. §. 9. ib. quæ quartam continet.* vel *Privativè*, qui nisi exceptus fuisset, adhuc sub regula comprehenderetur; sc. cum herede directo, *arg. l. 1. §. 19. l. 22. §. ult. ff. ad SC. Treb.* quadrantem non capiente legata pro diversitate casuum, vel augentur, vel non diminuuntur, & hoc vel in universum & simpliciter quoad omnia legata, vel in tantum, quoad certa legata salva in cæteris Falcidia: quos casus omnes quippe nostræ disputationis objectum in subsequentibus proponemus. vel *apparenter*, cum legatarius adjuvatur, herede Falcidiam per imputationem aliunde capiente. Huc refer regulam *ex l. 78. ff. h. Portione non gravata accedente gravatæ cessare Falcidiam: item ex C. A. h. th. 7. N. 5. ex l. 22. pr. l. 94. ff. h. N. 21. ex l. 14. §. 1. ff. h. N. 33. ex l. 93. vers. quanquam. ff. h. & c.* *Abusivè* planè dicitur, *C. A. h. th. 7. n. 2. & 3. ex l. 59. pr. §. 1. ff. h. add. l. 24. pr. ff. h. junct. l. 6. ff. de his, quæ ut indig. l. 68. ff. h.* (verius tamen hîc legitur *improbat. vid. Ritzershus. ad N. 6. §. 39.*) *N. 19. & 35. ex l. 64. l. 88. pr. §. 1. & 2. ff. h.* Utrobique enim Falcidia locum habet, sed *hic n. 19. & 35.* legatarius, quod ipsi propter Falcidiam detractum est, ex reliquorum legatariorum contributione recipit; *illic n. 2. & 3.* autem heredi Falcidiam, quam detraxit, Fiscus aufert, *dd. ll. N. 6. ex l. 60. pr. & l. 74. h.* quæritur an prælegatum imputetur. *N. 8. ex l. 81. §. 1. h. N. 2. ex l. 90. h.* ubi revera Falcidiã detrahit, sed à Fideicommissario pecuniam iudicio defuncti debitam non accipit: *d. l. vers. Quoniam. junct. verb. Etsi non detur ei. N. 15. ex l. 29. h.* itidem de imputatione quæstio est; cæterum ne dubitaverim

taverim *d. l. Falcidiæ locum esse per l. 55. §. 3. ff. ad SC. Trebell.*

III.

His itaque præmissis ipsas *Exceptiones* aggredimur; Quo minus itaque hoc Falcidiæ beneficium locum habeat, in causa sunt non tantum *Personæ* tam *testatoris*, ejusque vel prohibitio vel privilegium, quam *heredis*, ejusque vel renunciatio vel culpa; verum etiam *Legatorum privilegia*, quæ partim adhuc obtinent, partim in defuetudinem abierunt.

IV.

PRIMO cessat Falcidia *ex prohibitione testatoris*, ubi tamen distinguendum inter jus Vetus & Novellarum: *Iure veteri* certum est prohiberi non potuisse, *l. 27. ff. h. nec per tertium, l. 15. §. 1. ff. h. nec minuere si ve colore æstimationis, d. l. 15. fin. si ve re certa relicta, l. 11. C. eod. §. 9. I. fideic. hered. ne quidem per obliquum, l. 18. C. h.* Diximus in præloquio, Falcidiâ introductam ne ultima morientium elogia destituerentur: jam verò si testator Falcidiam prohibere potuisset, æque ac Falcidiâ non introductâ, facile intestatus decessisset, imò faciliùs; quod cum LL. abominabantur, etiam prohibitionem ejus nullam volebant, quibus satius visum fuit aliquam eamque potiore testatoris voluntatem servari, quam omnem penitus, hac prohibitionem admissa, perire.

V.

Ab hac veteris juris regula volunt excipi I. Favorem libertatis, Rittersh. *Jur. Inst.* 6. §. 9. II. Legatarium, *l. 32. §. 4. ff. h. Ritt. d. l.* III. Si accedat rescriptum Principis, *l. 30.*

l.30. §. pen. & ult. ff. ad SC. Treb. d. l. C. A. h. th. 6. n. 25. IV. Casum, l.64. ff. h. C. A. d. l. V. Casum, l. 3. §. 3. ff. de usur. Richt. ad Auth. sed cum. C. h. n. 17. Gothofr. ad d. l. lit. O. Sed i. non est exceptio, cum etiam citra prohibitionem cesset. 2. vel falso nititur principio, vel non est exceptio. 3. non est in allegata lege; veriore d. l. casum videtur th. 22. & vereor, ne sit contra l. 7. C. de Prec. Imp. off. 4. revera Falcidia locum habet, vid. th. 2 fin. 5. in dict. l. non est quæstio de Falcidia detrahenda, sed de fructibus tantum restituendis, arg. l. 58. §. 7. (vid. Wissenbach. disp. 2. 9. 7.) junct. l. 18. pr. ff. ad SC. Trebell. L. 49. C. de Episc. & Cler. autem Gothofr. allegata contrarium potius innuit. Sanè in l. 12. ff. h. junct. l. 77. §. 31. ff. de leg. 2. in effectu Falcidiam prohibitam non negamus cum C. A. h. th. 7. n. 20.

VI.

Hæc de Jure veteri. Jure Novell. distinguimus inter prohibitionem *tacitam, & expressam.* Illam negamus unquam suffecisse, arg. N. I. c. 2. vers. Si vero. Præsumpto errore vel facti d. d. 2. §. 2. vers. ubi errans. junct. §. 3 I. qui & quib. ex caus. man. vel juris, d. §. 2. vers. aut fortè. cui forsàn cognito fuisset obtemperaturus, quem admodum alias se legi conformare præsumitur testator, nisi expressè ab ea recedat, Zœf. ad ff. h. n. 31. Excipimus tamen hîc ex N. 119. c. II. si testator rem aliquam alienari prohibuerit, efficaciter tamen per l. 93. l. 38. §. 4. ff. de leg. 3. junct. l. 114. §. 14. leg. 1. Duar. h. c. 8. Ritt. I. I. 6. 5. 12. & 30. it. 6. 12. 13. Richt. ad Auth. Sed & in eare. C. h. Plura quidem circa hoc caput moveri potuissent, sed quoniam in hoc exercitio Academico animus non erat auctoritatibus pugnare, omisimus.

B

Hæc



Hæc verò valida est, sed requiritur, ut sit expressa verbis singularibus, *l. 22 ff. de leg. 3. Gloss. in c. Inquisitores. de heret. in 6.* præsertim cum adsit hæc correctio juris prioris, *gloss. in l. 15. qui satisd. cogant. d. l. ult. C. de ind. viduit. tollend.* nec generalia sufficiunt, vid. *Carpzov. Jurispr. For. 3. 1. 13.* in quorum censum etiam *tota, omnia, integra sine diminutione & similia* referimus, *multis diss. Menoch. cons. 373 18.* quamvis de geminatis tantum loqui videatur. *l. 1. §. 19.* cum aliam facile explicationem admittant, *Zœf. h. n. 31.* nec statim superflua sint, ut vult *Bach. ad Tr. 2. 14. §. B.* si tamen alia concurrant, quæ expressam necessariò inferunt, aliud dicendum erit, *Zœf. h. Alterum Auth. requisitum, ut non sit ignarus, quis sit modus rerum suarum,* postulatum *Irnerii* meritò dixeris, quod ex coherencia §. 2. facillimè demonstrari potest. hunc enim *vers. Si verò.* his verbis *errans,* æquè ac proximè antecedentibus, *aut fortè.* tanquam utriusque exceptionem opponimus. Hæc quoad *Falcidiam* expedita sunt, sed quoad *Trebellianicam* disputatur. Nos *affirmativam* tuebimur. 1. Quia Jure veteri *Falcidia & Trebellianica* æquiparantur *l. 3. §. 1. ff. ad SC. Treb.* (ubi *Richt. d. l. n. 106.* limitationem utpote nondum probatam non admittimus, *arg. l. 30. §. 7. ff. ad L. Falc.*) & saltem ad exemplum prioris posterior recepta, §. 5. *I. de fideicom. hered.* vid. *Frantzk. Ex. 7. 9. 5. Richt. d. l. n. 21. Zœf. ad SC. Trebell. n. 95.* 2. Quia in Jure *Trebellianicæ* nusquam fit mentio, sed plerunque sub nomine *Falcidiæ* venit, *l. 27. §. 10. l. 29. l. 55. & c. ff. ad SC. Treb. & pass.* vid. *Richt. d. l. n. 25. Bachov. d. l. th. 10. A,* quem Juris usum verisimiliter Imperator secutus est, præcipuè, cum 3. *d. §. 2.*

d. §. 2. c. 2. fideicommissarii fiat mentio, qui ex natura correlatorum præsupponit fiduciarium. Everh. *top. 20. 2* nam de particulari (quem ibidem sub legatario comprehendimus) intelligi nequit, cum non tantum Imperator *d. §. 2. vers. Sicut dudum prædiximus ad §. 2. c. 1. d. N. ubi in vers. Etenim.* universalis fideicommissarii mentio fit, sese referat. Frantz. *Ex. 7. 9. 8.* verum etiam ordo *d. vers. in fin.* hæc ratione cum ordine *c. 1. §. 1.* apprimè conveniat. Accedit, quod *4. post N. 1. c. 1.* remedium inventum; eadem utriusque ratio sit, *N. 1. c. 1. §. 1. vers. Etenim.* Frantz. *d. l. n. 7. Everh. 13. 1.* Urgent quidè hic dissentientes hanc differentiam ex *§. 2. c. 2. d. N.* quod utcumque Falcidia cessante, heres universaliter maneat heres, & licet non quartam, tamen sextantem vel unciam habere, aut postea lucrum aliquod ipsi accedere possit, veluti per jus accrescendi, quod prohibita Trebellianica, quantacunque sit hereditas fiduciaris nullo casu sperare possit, Bach. ad *Tr. d. l. th. 10. A.* Frantz. *d. l. n. 3.* sed his solidissimè respondet Frantz. *d. l. n. 16. 1.* distinguendo nimirum inter causam permittendæ prohibitionis principalem & minus principalem, qualis hæc est; qua cessante non statim ipsam legis dispositionem cessare: verius fortè colorem quendam dixeris, & videtur Imperator respexisse causas introductæ Falcidiæ, principalem favorem testatoris, *pr. I. de L. Falc.* & minus principalem seu favorem heredis *l. 71. ff. eod.* 2. Dando instantiam in hereditate legatis exhausta, *n. 17.* & aliam in herede sextantem vel deuncem restituere rogato, *n. 18.*

VIII.

Sed cum Jus Canonicum duplicem quartæ detractionem

B 2

ctionem



tionem admittat, c. Raynutius 16. extr. de testam. Quidam etiam ex J. C. quidam tamen sub distinctione inter legata pura & conditionalia vel in diem; etiam ad horum hypothesein hæc extendimus cum Frantz. d. l. n. 20. Richt. d. l. n. 28. Jure tamen civili ex veriori sententia, quæstionem hanc superfluum arbitramur, cum non admittat duplicem detractionem, l. 10. C. ad L. Falc. & c. Pac. Anal. h. Illorum argumentis respondent Wissenb. disp. 2. 9. 13. Vinn. quæst. 2. 29. Richt. d. l. n. 30. ubi appositum argumentum ex l. 1. §. pen. ff. si cui plus quam. per L. Falc. quo tamen, quia junct. n. 42. à minori ad majus negativè concludit. vid. Everh. top. 15. ad sententiam nostram confirmandam non utemur. Horum autem distinctionum utpote nondum probatam, insuper l. 1. ff. ad L. Falc. haud difficulter elusuram etiam non admittunt Vinn. d. l. Bach. ad Tr. 2. 14. 2. A. vers. licet autem. ubi hanc quæstionem pluribus tractant-

IX.

De legitima non est quod disputemus, cum in N. I. pres. §. 2. c. 1. §. 1. & 2. N. II. c. 5. lis jam perorata sit. Sed hic responsio C. A. h. th. 7. n. 2. perplexa videtur, qua negat prohiberi posse legitimam, nisi ex heredatione ritè facta. cum tamen ex heredatus non sit heres, prohibitio a. tantum de herede prædicetur. Sed quid si testator prohibitioni adjecerit causam ingratitudinis, quæ aliàs ex heredando filio sufficeret? Sanè non video cur hîc non à minori ad majus affirmativè argumentari liceat; nisi fortasse dixeris, Imperatorem præcise ex heredationem voluisse, de quo tamen valdè dubitamus.

X.

SECUNDO cessat Falcidia etiam latè sumpta (non obstante

II.

obstante l. 1. §. 6. ad SC. Treb. vid. Wiff. disp. 2. §. n. 22.)
 etiam Jure Novell. (neque ut Glossa arbitratur per N. 1.
 c. 4. §. pen. correctum concedimus) ex *Jure singulari*
militis, quippe cuius voluntas, quatenus militariter te-
 statur, etiam solennitate non adhibita, vel sola sufficit,
 l. 17. §. ult. l. 18. pr. §. 1. l. 35. ff. & l. 12. C. de test. mil. l. 7. C. h.
 Nec est, quod mireris, Falcidiam principaliter in favo-
 rem testatoris introductam, non etiam in testamento
 militis locum habere, quod si tamen ullum favorabile
 est, hoc ipsum erit. Maluit enim legislator summam
 militum in testando libertatem (quam optimo jure æq;
 ac in paganis quoad Falcidiam coarctare potuisset, *disp.*
Bach, ad Tr. d. l. 1. D.) immutatam relinquere, quam in-
 diminuti (ut sibi fortasse milites falso persuasuri fuif-
 sent) privilegii suspicionem incurrere, ut ut quandoque
 per hanc ipsam libertatem ipsorum ultimæ voluntates
 destituerentur, *Bach*. ad Tr. d. l. accedit quod metus
 perituræ voluntatis tantus non sit in milite; *arg.* l. 19. ff.
test. mil. junct. l. 2. ff. de *injust. rupt.* Idem juris arbitra-
 mur in legitima; cum præteritio l. 27. §. 2. ff. & l. 9. C.
cod. per N. 115, non sit sublata, *Zœf.* w. 29. 1. 7.

XI.

TERTIO cessat Falcidia ex *heredis renunciatione*,
 eaque vel *expressa*, quæ si facta fuerit post mortem testa-
 toris, quin valeat, dubium non est, l. 46. l. 71. h. *junct.* l. 41.
ff. Minor. huc referri potest C. A. h. th. 7. n. 27. ex l. 71. h.
 vel ante mortem testatoris, impulsu tamen eius, & certi
 juris est, quod Jure veteri non valuerit, l. 15. §. 1. ff. h.
junct. l. 55. ff. de leg. 1. *Duar. h. c.* 8. p. 574. *I. Nov.* ferè dixerim
 valituram, *arg.* N. 1. c. 2. §. 2. *vers.* Si verò *expr. junct.* l. 30.
vers.

vers illo jubente & sciente C. de Pact. Sed quid si ignorante testatore? sanè cum *d. l. 15.* propter singularem rationem diversitatis, huc referri vix queat, neque *priores ll.* distinguant, dubitari posset: maximè Jure Novellarum, vid. *C. A. h. th. 6. n. 25.* vel *presumpta*; quæ fit vel promittendo integra legata, vel fideicommissa, vid. Goth. *ad l. ult. C. h. lit. M.* (excipe tamen hîc Patronum, *l. 20. ff. de Don.* & per hunc Parentes) & idem jus observari dicimus, quod in expressa: vel solvendo, *d. l. ult. C. h.* modo huic vel sola scientia facti adsit, *l. 1. l. 9. C. h.* Ampliatur hoc, abrogatis *l. 6. §. 2. C. h. l. 15. §. 2. ff. h. ex N. 1. c. 3.* ut si unico tantum solverit integrum legatum, in reliquis etiam cesset Falcidia, quasi hâc unius legati solutione in omnibus defuncti voluntatem agnoverit, Richt. *d. l. 50.* Rittersh. *d. l. n. 19. & seq.* Sed quid si expressè contra reliquos Falcidiæ beneficium reservaverit? Quid si primo Falcidiam detraxerit, secundo non, quid juris in his & reliquis? Quid in renunciatione expressa & promissione? sed has quæstiones aliis decidendas relinquimus.

De legitima non usque adeò expeditum est; breviter: Renunciationem (forsitan & promissionem) post mortem factam admiserim; de altera meritò dubitare licet: excipetamen *d. l. 15. §. 1.* & Novellarum jure, validam. sed solutione legitimam in reliquis perdi, planè nego. non obstante *d. c. 3.* generaliter loquente, *arg. N. 1. c. 1. c. 2. c. 4.* Arbitratur Bachovius ad Tr. *d. l.* hic ineptè de solutione tractari, cum jus hoc ex generali regula, *l. 1. §. 1. ff. de cond. indeb. junct. l. 53. ff. de Reg. Jur.* fluat. Sed negamus subsumptionem, si legatum est modus domini transferendi, *arg. l. 49. pr. ff. h. junct. l. 5. §. 15. ff. de don. inter vir. & ux. l. 86. ff. h.* potius dixerim favorem ultimæ

ultimæ voluntatis, ut hinc repetitio necessariò prohibenda fuerit: & licet quandoque, ubi scil. legatum tantum causa est, & legatario tantum obligatio acquiritur, ex illa generali regula fluat, non tamen adeò ineptum est vel ipso Imperatore Duce generalia specialibus applicare.

XII.

QUARTO cessat Falcidia *culpa heredis*, I. Si planè nullum inventarium, vel non validum neglecto, sc. modo conficiendi (*quem vid. l. 22. C. de Iur. delib. N. I. c. 2. Richt. d. l. n. 62. & seqq. Rittersh. Iur. Iust. 6. 8. 7. & seqq.*) confecerit, *N. I. c. 2. §. 12.* Excipe tamen quoad legatarios & fideicommissarios, non etiam reliquos creditores, si testator juratam substantiæ suæ designationem reliquerit, *N. 48.* vel heredi necessitatem inventarii conficiendi remiserit, *vid. Richt. d. l. n. 107. Vinn. quæst. 2. 16. Ludvv. de ult. volunt. 1. 4.* Heredi quidem (Jure Justiniano) invito beneficium inventarii non obtruditur; negligens tamen hoc ipsius commodis indignus censetur, *arg. c. 11. q. 3. c. privileg. 63. arg. l. 37. §. 1. fin. ff. de Minor. l. ult. §. 12. C. de Iure delib.* ut legatariis etiam ultra vires hereditatis (*secus olim §. ult. l. h.*) ad integra legata ex suis bonis præstanda teneatur, *N. I. c. 2. §. 2.* quippe qui præsumitur à testatore non ultra dodrantem oneratus, *arg. N. I. c. 2. vers. 2.* hereditatem exsolvendo æri alieno legatisque præstandis sufficientem expilasse, *arg. l. 7. ff. de admin. & peric. tut. non obstante l. fin. C. de probat. vid. Rittersh. Iur. Iust. 6. 5. 28.* cum nemo credatur temerè non inspectis hereditatis viribus incautè adiisse hereditate, vel sese immiscuisse, *Zœf. ff. de Iur. delib. num. 13.*
Militem tamen hîc exceptum velim, *l. ult. §. ult. C. de Iur.*

Iur. delib. neque obstant verba *N. l. c. 4. §. 2. vers. in omni persona.* quæ de heredibus quidem, sed non privilegiatis, explicamus.

XIII.

Hæc etiam de *Trebellianica* dicta sint. Omnis heres *per vulgata*, excepto milite, *l. fin. C. de Iur. delib.* tam suus quam extraneus, etiam fiduciarius quoad suam portionem, *§. 6. junct. §. 5. I. de fideic. hered.* adeundo hereditatem creditoris in solidum obligabatur Jure veteri, *§. 5. I. de Her. qual.* neque pœnitentiæ locus erat, *arg. l. 75. ff. de Reg. Iur. junct. l. 5. de oblig. quæ ex quasi contr.* hinc metus debitorum (non etiam ut *Richt. d. l. n. 105.* arbitratur, legatorum, *arg. §. fin. I. de L. Falc. l. 73. §. 5. ff. h. l. 4. SC. Treb.*) testatore primum, postmodum ipsa lege permittente, jus deliberandi introduxit: sed cum deliberatione hac præcaveri non posset, quin aliquando damnum sentiret heres: Imperator heredibus omnibus (omnibus enim poterat esse damnosa hereditas) plenius consulturus inventarii beneficium concessit, *l. ult. C. de jur. delib. N. l. c. 2.* quod observatum eos undiquaque securos reddebat, *d. l. 22. pr. fin.* etiam fiduciarum & per eum fideicommissarium in suis portionibus: (quod ne dissentientes quidem negare possunt salvo *pr. d. l. 22. junct. §. 7. I. de fideic. hered.*) & insuper Falcidiæ beneficium confirmabat uno contextu, *§. 4. d. l.* imò uno *beneficii* vocabulo *d. l. §. 14.* Quemadmodum itaque unicum *beneficii* vocabulum, utrumq; commodum complectitur; ita etiam *privatio illius beneficii*, lege generaliter loquente, de utroque incommodo accipienda.

XIV.

Pone fiduciarium neglecto inventario retinere quartam

tam, certissimum erit prius membrum poenae, i. e. solidam debitorum solutionem saltem pro rata in fiduciario locum habere, quod nec dissentientes negabunt jam verò hæ duæ adeò arctè connexæ sunt, §. 14. *d.l.* ut nisi expressa monstraretur exceptio, divelli nequeant: quam tamen exceptionem nondum probarunt. At excipies, si totam hereditatem restituere cogetur, securus erit fiduciarius, §. 7. *I. de fideic. hered.* & sic priori poena deficiente, iterum hæ poenæ divellentur. Sed I. respondetur: concedendo quandoque separari has poenas, sed magis ob inhabilitatem terminorum quam defectum juris. interminis autem habilibus hoc planè negatur; certum est inventario semel neglecto creditoribus jus solidi debiti quæsitum esse, (sive retineat, sive restituat hereditatem, nam nullibi hanc distinctionem reperies) quod jus creditoribus semel quæsitum Fideicommissarius inventarium conficiendo (quod hoc in casu ad evitandam hanc poenam facere tenetur, *arg. § 9. de fideic. her.* add. Bach. ad Tr. 2 12 §. A.) auferre non potest, *l. 23. ff. de recept. arb. l. 2. ff. de his, qui sui vel.* Hoc tamen operabitur, ne fideicommissarius ultra fideicommissum teneatur; reliqui solvendi necessitate fiduciario imposita. ad *d. §. 7.* Respondemus, eum loqui de eo, qui coactus adiit hereditatem suspectam, nos autem de eo, qui sponte adiit, & ob delictum condemnatus est hereditatem restituere. Imò alterum etiam membrum deficiet, inquit ex Perez. *c. 6. 30. 15.* cum fiduciarius nunquam ultra vires hereditarias teneatur fideicommissario: sed negamus consequentiam: damus instantiam: neque heres legatario ultra vires hereditarias tenetur; per præsumptionem hereditatis locupletis. 2. Quid si
 C testator

testator in testamento patrimonii modum designaverit. v. g. Testator, qui 1000. in bonis habet; ita compellat heredem; rogo te Titi, ut hereditatem, quæ est 1200. Mævio restituas: annon hæc substantiæ designatio eundem habebit effectum; quem habitura fuisset, si Mævio 1200. legasset.

XV.

2. Probamus insuper exidentitate rationis, in *th.* 13. at inquis, hanc præsumptionem cessare. I. rebus vel quantitate, ut in legatis fieri solet, non expressis: sed negamus eum omni suspitione carere, *arg. l. 72. §. 3. ff. cond. & dem. l. 1. §. 3. ff. tut. & rat.* imò eo majori suspitione laborabit, quo major est expilandæ hereditatis occasio, ut hîc substantia non expressa; Secundo, quid si quantitatem expresserit; ut *th. sup.* 2. cessante fine expilationis sc. ut inducatur Falcidia, aliàs non competitura, qui in fiduciario locum non habet, *Zœs. d. de Iur. delib. 17. Resp.* Zœsius non loquitur cum Imperatore, quem vix crediderim istis verbis finem expilationis innuisse. Secundo negatur per instantiam, si heres dodrantem (præcipuè designatam, ut *th. sup.*) restituere rogatus est; quod omninò potest, *§. 2. l. de fideic. hered.* hic certè quemadmodum, si non ultra dodrantem legatum est, quartæ deductio cessat, & revera per expilationem demum etiam in fideicommissio inducitur.

XVI.

Supereft ut dissentientium argumenta videamus. *Primum* est, quod LL. correctoriæ ne quidem per identitatem rationis extendendæ, *Gail. 2. obs. 138.* Sed resp. negando fieri extensionem per *th.* 13. & posito; negamus tamen ipsam propositionem cum *Frantz. Ex. 7. 9. 5. Richt.*

Richt. *d.l.n. 20.* verisimilius *Zœs. ff. ad SC. Trebell. n. 95.* ad constitutiones pœnales restringere videtur: quamvis nec in his simpliciter admittat *Wissenb. disp. 1. 57. 22. ex l. 32. ff. d. L. Aquil. l. 9. ff. de Iurisd. l. 3. ff. ad L. Pomp de Parr. l. 59. l. 64. §. 1. ff. de Ritu nupt.* Secundum, quod inventarium surrogatum sit in locum deliberationis, cui tamen ratione debitorum & legatorum, non etiam fideicommissi universalis, quod versatur circa opulentam hereditatem, cum aliàs, ut *Perez. C de Iur. delib. n. 15.* vult, ob æs alienum vel legata quarta detrahi nequeat. Sed negamus l. inventarium deliberationi surrogatum, potius adjunctum dixeris, cum adhuc quodammodo detur electio, §. 14. *d.l. 22. 2. negavimus th. 13.* deliberandi ius legata respexisse. 3. Negamus deduci prius æs alienum, cum sit portio hereditatis, sciuntur enim actiones pro rata, §. 9. *I. de fideic. hered. min.* ne quidem quoad legata locupletem præsupponi necesse est: damus sapius repetitam instantiam; si testator quantitatem designaverit. & *posito*, præsupponi locupletem; quis novit illam; an non inventarium hanc monstrabit: & sic ipse *Zæsius* quoad legitimam argumentatur *ff. de Iur. delib. vid. th. seq.* cur nobis non idem quoad Trebellianicam assumere liceat; *Tertium* quod Fiduciarius non præcisè teneatur inventarium conficere, *Richt. h. n. 105.* Quod aut simpliciter intelligit, & de omni herede concessimus, *th. 12.* aut cum adjecto, ad evitandam pœnam; & hoc ipsum negamus, nisi malit re adhuc integrâ hereditatem fideicommissario restituere, nec allegatus *God. Fabr.* quicquam ex LL. probat.

XVII.

Sed occurrit alia controversia, num *Legitima*
 C 2 etiam

etiam amittatur? Sanè cum etiam ii, quibus LL. legitimam relinqui volunt, etiam inventarium conficere teneantur, ut *sup. th. 12.* quod etiam probatur *ex d. l. 22. §. 2. vers. Si immisceat. junct. §. 2. I. de Hered. qual.* eos etiam utrique inventarii neglecti pœnæ subjici necesse est, præsertim cum *d. §. 12. & 14.* generaliter loquantur, add. *th. 13.* & præsumptio legis *in th. 12.* etiam hic locum habeat, *Zœs. ff. de jur. delib. n. 16. Perez. c. 6. 30. 13.* & quidem eodem modo. Accedit, quod verus creditor ex causa onerosa, suo debitori succedens ob neglectum inventarium debitum naturale & civile simul (quod tamen favorabilius quàm legitima, cum ipsi dissentientes concedant æ alienum prius deduci) nec id aliis creditoribus hereditariis, legatariis & fideicommissariis, *l. ult. §. 14. C. de Jur. delib. N. 1. c. 2.* imputet, aut inter æ alienum computet, obligatione per confusionem extincta *l. 7. C. de Pact.* multo magis ergò quasi creditor, & quidem ex causa lucrativa debitum vix naturale amittet. Addit *Zœsius ff. d. l. n. 16.* Quod legitima sit certa hereditatis pars, quæ certam hereditatem præsupponat, cui detrahatur, cum certum ab incerto detrahi nequeat: hoc autem in casu esse incertam, legitimo modo vires hereditarias probandi, inventario sc. deficiente.

XVIII.

Dissentientium argumenta sunt. I. Quod sit debitum naturæ, *l. 36. §. 2. C. de Inoff. Test.* Sed respondemus I. sic dici, quia est portio hereditatis ab intestato debitæ, quæ aliàs debitum naturæ vocatur, *l. 7. pr. ff. bon. damn. l. 25. ff. de Inoff. Test. l. 3. C. Quor. bonor. Auth. hoc amplius. C. de fideic. junct. N. 1. c. 1. §. 1. l. un. C. de impon. lucr. descr.* 2. Sic dici

dici improprie, & ut Hahn. ad Wes. *π. l. i. 15. vers. Effect.* indicativè (quatenus habet fundamentum in conditione naturali, *arg. l. 7. fin. ff. unde liber.* vid. Hahn. ad Wes. *π. de Inoff. Test. n. 6.* Quod debitum igitur, quippe ex isto defuncti consensu præsumpto ortum nisi in certis personis quoad portionem (hinc legitima dicta, *l. 30. & seq. C. de inoff. test. junct. l. 130. ff. de verb. Signif.*) à Jure Civili esset approbatum, ne naturalis quidem debiti effectus habiturum fuisset, *arg. pr. l. de inoff. test.* Quod Juris naturalis mutationem attinet, variè distingui potest, vid. Hahn. ad Wes. *π. l. i. n. 15. Wiss. disp. i. 57. 23.* Deinde damus instantiam ex *§. pen. l. de Exhered. liber.* 2. Quod sit æs alienum. Resp. negando, cum non tam ex obligatione quàm legis providentia debeatur, *ut supr.* imò expressè quasi debitum vocatur, *l. 7. §. 2. C. de Curat. Fur. l. un. C. de his, qui aut. ap. tab. l. 8. §. 15. ff. de inoff. test.* 3. Eodem fermè recidit, quod sit quarta bonorum. Gail. 2. *obs. 126. n. 14.* quia prius æs alienum deducitur, *l. 8. §. 9. ff. de Inoff. Test. junct. l. 39. §. 1. ff. de V. S.* quota autem bonorum non facit heredem, Gail. 2. *obs. 120.* Resp. non omnis deductio æris alieni facit quartam bonorum, subsumimus, in Falcidia deducitur prius æs alienum; Ergò est quarta bonorum. Sed ea demum deductio, qua realiter quid detrahitur, ut nullum onus hereditarium quacunque ratione supersit, facit quartam bonorum, *ut §. 9. l. de Fideic. her. l. pen. C. de her. inst. l. 30. §. 3. ff. ad SC. Treb. §. 3. l. de adopt. l. 2. §. 1. ff. Fam. ercisc.* non etiam cum tantum ad computandam bonorum quantitatem secundum dici tantum detrahitur, *ut hic.* Filius enim actiones hereditarias revera & excipit & exercet; excluditur (*ut ipse Gail. fatetur*) inofficiosi quærela, & gaudet

jure accrescendi: Imò dicitur hereditatis quota, *d. l. 8. §. 6. & 8. ff. de Inoff. test.* vid. *Wiss. disp. I. 17. 9.* Bach. ad *Treutl. I. 1. 3. 16.* & posito, esse quandoque partem bonorum in instituto: (de legatario vel fideicommissario, *§. ult. de inoff. test.* non loquimur) *ut l. 77. §. 1. ff. de leg. 2. §. 9. I. de fideic. her. l. 13. C. de hered. inst. illic* tamen *§. 9.* simpliciter negamus subsumptionem, quod non teneatur inventarium conficere. *hic* autem *d. l. 13.* quamvis concedamus, nihil aliud obtinebunt dissentientes, quam exceptionem, quæ regulam in casibus non exceptis confirmat. 4. Quod legitima omnis oneris debeat esse expers, *l. 32. C. de inoff. test.* Resp. inter onera ex dispositione testatoris, & ex Jure hereditariæ portionis: Differentiæ ratio in eo posita videtur, quod legitima descendat ex prævisione legis, quæ quia legitimam saltem minuere potest, dubium non est, quin etiam onerare possit: secus est in testatore. 5. Quod nec Patronus legitimam amittat ob neglectum inventarium, *N. I. t. 4. §. 1.* Sed resp. *d. §. 10* qui de Patrono, qui intra præfinitum tempus legata solvere cessavit, non autem qui inventarium neglexit. *Wissenb. disp. I. 57. 23. Richt. d. l. num. 104.*

XIX.

2. Culpæ heredis adscribimus, si coactus adierit, *l. 14. §. 4. ff. ad SC. Treb.* quam coactionem post remedium *N. I. c. 1.* inventum quamvis non necessariam amplius tamen non penitus abrogatam statuimus. 3. Huc etiam referunt inobedientiam heredis, *ex Auth. Hoc amplius. C. de Fideic. & N. I. c. 1.* sed cum ibi per consequentiam tantum (adempta scilicet totâ hereditate) *Falcidia*

21.

cidia perdatur, brevitatis studio hic omittimus, videantur Commentt. ad dd. ll.

XX.

QUINTO cessat Falcidia propter *favorem legati*, sed si solum legatum sit, secus si non privilegiatum concurrat, arg. l. 36. §. 3. ff. h. ut sunt legata eorum, quæ parata sunt uxoris causâ, l. 8. §. 1. §. 2. ff. h. C. A. th. 7. n. 9. colorem huius favoris suggerit l. 49. §. 3. ff. de leg. 3. 2. Instrumenta (sed num dotes, etiam an verò tabulas seu chartulastantum) prædii cujuscunque (non tantum dotalis, quamvis de hoc loquatur textus) domino relicta, l. 15. C. h. vid. Duar. h. c. 8. p. m. 574. 3. Libertas fideicommissaria. (de directâ utpote minus dubia nobis non est sermo) & libertatis causâ relicta, quatenus tamen necessaria, l. 6. fin. ff. de Fideic. lib. l. 33. ff. ad L. Falc. in tantum, ut post æs quidem alienum, l. 15. C. legat. instar æris alieni tamen etiam reliqua legata minuat, sed primura ab eodem relicta, arg. d. l. 36. §. 3. h. postmodum reliqua arg. l. 39. ff. h. simile quid in debito ab uno nominatim legato, l. 8. ff. h. junct. l. 53. ff. de leg. 2. l. 69. §. 2. ff. de leg. 1. fac. l. 20. §. 5. & 8. ff. Fam. ercisc.

XXI.

Certo modo etiam legata piâ huc referimus. Olim quidem certum est legata piâ Falcidiæ subjecta fuisse, l. 49. C. de Episc. & Cler. l. 1. §. 5. ff. h. moram tamen etiam ipso jure sine interpellatione severius punitam, ut sc. heres morosus fructus & usuras à tempore mortis testatoris, l. 46. §. 4. C. de Episc. & Cler. regulariter secus vid. C. A. l. 22. i. ii. & 30. th. 82. Bach. ad Tr. 2. 13. th. ult. H. non obstat l. 42. ff. de usur. quamvis junct. l. 9. §. 5. ff. de pecul.



pecul. ne quidem juncta l. 40. ff. de acquir. rer. dom. vid. Bachov. ibid. Imò si interpellatus Præsidis exactorem expectaverit, etiam alterum tantum legati per Falcidiam validi solvere necesse habuerit, *d. l. 46. §. 7. de Jure Novell.* multis hucusque disputatum fuit, quas singulas referre, nostrum impræsentiarium non est: si tamen *caput 12. N. 131.* accuratius inspiciamus, ferè concedere cogemur, Falcidiæ regulariter locum esse. quorsum enim quæso heredis exceptio Falcidiæ, sanè ex ignorantia juris eam impertinenter ab herede oppositam dicere non possumus, quam nec Imperator hoc nomine notavit, quod certe more suo fecisset, si ipso jure nulla fuisset exceptio. Dicimus igitur Imperatorem *d. l. 46.* (quam ne forsitan contra mentem Imperatoris meliorem quandoque conditionem heredis admittere cogamur, sublatam non temerariè negamus) alias poenas adjunxisse, & I. quidem amissionem Falcidiæ non totius hereditatis, *diff. Bachov. ad Treutl. 2. 14. §. k. cum omni emolumento, fructibus & usuris, si interpellatus (per ea, quæ tradit Bach. de Act. 5. 22. & arg. pr. d. c. 12.)* intra semestre tempus non solverit, licet exceptionem quantumvis veram (*dissentit C. A. h. th. 7. n. 30. quod de falsa intelligit: sed arbitrò illam non sufficere rationi dubitandi, neque ullius momenti esse, quippe hoc in casu etiam citra mendacium cessat Falcidia, neque præstationem fructuum, &c. ex hoc mendacio natam dicere poteris, quippe quæ ex simplici mora, ut supra monuimus, oritur*) opposuerit, modo bonâ fide legatarius pius illam negaverit. 2. Amissionem totius hereditatis itidem cum fructibus, usuris & omni legitimo augmento, si postea semel & secundo per publicas personas

nas

nas admonitus piam testatoris voluntatem non impleverit, *c. 11. d. N. 131.* Paulò aliter Ritt. *Jur. Inst.* 6. 6. 15 & *seqq. item 6. 14. 8.* ubi sibi quodammodo contradicere videtur. Sed hæc altioris sunt indaginis, & peculiari disputatione digna, præprimis si *N. 1. c. 1. & 4.* jungas. Num idem in legitima? Sed hæc attigisse saltem nobis sufficiat.

XXII.

Olim etiam legitima fuit immunis ab hac detractioe, *l. 36. C. de inoff. test.* sed cum titulus particularis post *N. 115 C. 3.* inofficiosi querelam non excludat hodie, *d. l. 36.* vix locus erit, nisi cum *C. A. h. th. 10. n. 24.* ad supplementum ab uno coheredum relictum extendas. 2. Non possum non inter eas, quæ defuetudine inumbratæ sunt, secundo referre, *l. 20. §. 4. §. 5. ad SC. Treb.* ubi Principes, quam in aliis laudabant, fidem *l. 1. l. ult. C. h.* ipsimet etiam præstabant, cum itidem plenioram testatori fidem in restituenda hereditate exhibituri, totam hereditatem non detracta Falcidia restituerent, etsi vel planè nullum exinde lucrum caperent. Videtur quidem lex hæc de Rescripto Principis explicari posse, cum non dicatur Princeps heres institutus. 2. Propter verba: *Principem non pati.* 3. *A Principibus* cum tamen unus heres sit. Sed breviter respondemus. 1. Quod sufficiat Principem implicite dici scriptum heredem. 2. Quod nihil concludat: imò majorem emphasin inesse dixeris, quam si simpliciter dixisset, se non vindicaturum. 3. Quod non infrequens sit in jure numerum singularem & pluralem confundi. 4. Sic argumentamur, aut legatarius hoc rescriptum impetravit, aut testator: non legatarius, quia quæ contra jus commu-

D ne.

ne sunt, à Principe petere non potest, l. 3. C. de Precib. Imp. in primis si tertius (ut hic heres) lædatur, l. 7. C. eod. non testator. Repugnant enim verba legis. ne dicam, quod etiam in d. l. 7. peccet.

XXIII.

Tandem etiam *aliquo modo cessat*, vel potius suspenditur Falcidia, ubi dubitatur, an Falcidiæ locus sit, arg. l. 2. C. de usur. & fruct. junct. l. 50. ff. de evict. vel olim futurus sit, ut passim. Sed de hoc singularis titulus, ff. si cui plus, quam per L. Falc. licuerit, legatum esse dicatur. quo benevolum lectorem remissum volumus.

COROLLARIA.

I.

Trebellianica etiam codicillis prohiberi potest.

II.

Falcidia principaliter (finem ultimum dixeris) in favorem testatoris lata, pr. I. h. fac. Canon Philosoph. omne tale, propter quod aliquod tale est, illud magis tale est, junct. Bachov. ad Treutl. 2. 14. I. D. & Hahn. ad Wesenb. π. h. & in ipsa l. 71. ff. h. hoc præsupponi verisimile est.

III.

In casu Glossæ ad l. 18. pr. & §. 1. ff. de test. mil. Testamento 3. uncia non 2. detrahendæ; in codicillis autem 1. non 2.

IV.

In l. 10. §. 16. in gradu 5. cognationis continentur 192. personæ, non 180. Sed num Pauli an scribæ sit error, forsan

forfan ex additione personarum *in d. §. 16.* colligi poterit: interim miram Pauli artem & industriam Sithmanno iudice, *in Arb. consang. 2. 53.* non video; hoc certum est, ordinem à Paulo non ubique servatum in h. l. ut vel hinc facile labi potuerit: errorem autem modo computandi non adeò vulgato sic demonstro.

Grad. 1.	4.
	<u>8.</u>
	4.
	<u>12.</u>
2.	24.
	<u>8.</u>
3.	32.
	<u>64.</u>
	16.
4.	80.
	<u>160.</u>
	32.
5.	192. &c.

vel breviori

1.	<u>2.</u>
2.	<u>4.</u>
3.	<u>8.</u>
4.	<u>16.</u>
5.	<u>32.</u>
	6.
	<u>192.</u>

Tot personas continet una cellula 5. gradus. has multiplica cum numero cellularum. sc. 6.

V.

Exercitii gratia defendemus: Edere, bibere &c. certo respectu juris naturalis esse.

VI.

In l. 14. §. 1. ff. de Usur. Partum ancillæ in fructu esse, negari.

Soli DEO Gloria.

12

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

47

I

M
C



ULB Halle
006 682 197


3



VDM







B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

ATIO

CIDIAE,

AM

uguralium loco

RAESIDE

T AUTORITATE

I, AMPLISSIMI,

JURISCONSULTORUM

CLUTA ARGENTO-
UNIVERSITATE

roque Jure *Honoribus*
privilegiis

ORALIBUS

consequendis.

litorum Examine

fistit

CONRADUS *Rafz*

Lindav.

embr. Anno M. DC. LXII.

rocoque solitis.

ENTORATI,

ANDREAE DOLHOPFII.

14
408

22

1662, 11.

